posteros eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium Inscriptioni praefatae Reforma-
tionis obnoxiorum cum universis utilitatibus et usufructibus tenendi habendi et possidendi
ac ad usus suos et suorum successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter conver-
tendi vigore ac more aliarum Reformationum hac tenus et diutius in Regno observari
solitarum Hac sua praefati personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Eorundem Mutua Advitalitas

Comparentes personaliter coram officio Actisque praesentibus Castren. Capitan. Premisliensibus
Generosus Otto Wittan Rothmagister seu Capitaneus Phalangarum germanicarum Sacrae Regiae
Maiestatis ab una et Helizabeth Generosi olim Andreae Zernicki cum Generosa olim Marianna
Przypkowska procreata filia ab altera partibus Coniuges legitimi Maritus quidem solus
per se Consors vero cum eiusdem Mariti sui uti Tutoris Coniugalis assistentia et ultroneo
ad infrascripta recognoscenda consensu sani mentibus et corporibus existentes a Terris Dictibus
Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedentes praefatae vero Castren. Ca-
pitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet sese successoribus ac bonis suis generaliter
omnibus totaliter et plenarie incorporantes atque subycientes palam libere publice ac per
expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsivi suo pro interesse recognovit Quia ipsi
sibi mutuo et vicissim una pars alteri mutuam Advitalitatem et usumfructum omnium generaliter
bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis
pecuniarum auri argenti Clenodiorum Stanni Cupri, Aeris, Orichalci ferri vestium vestimentorum
Equitiorum Equorum pecorum pecudum totiusque supellectilis domesticae nunc habitae et
in post habendae ad extrema duntaxat vitae suae tempora inscripserunt, concesserunt
et assignaverunt, prout praesentibus inscribunt Concedunt et assignant tali videlicet modo Quod
si prius praefatum Generosum Ottonem Wittan Maritum suum quam ipsam Generosam Helizabetham
Zernicka Consortem suam de hac luce decedere contigerit extunc praefata Generosa Con-
sors sua bona generaliter omnia supra expressa morte praefati Mariti sui derelinquenda cum omni
praemissorum iure dominio proprietate tenebit habebit, et possidebit illaque quiete.

et

et pacifice ad extrema duntaxat vitae suae tempora uti fruatur. Post mortem vero eiusdem Generosae Helizabethae Zernicka consortis suae extunc bona suprascripta morte eiusdem Mariti sui derelicta ad successores Mariti sui sine quovis impedimento praedictae consortis suae successorum totaliter et plenarie devolvantur. Similiter quoque si prius praefatam Generosam Helizabetham Zernicka consortem suam quam ipsum Generosum Ottonem Wittan Maritum suum de hac luce decedere contigerit extunc idem maritus bona suprascripta generaliter omnia morte praefatae consortis suae derelinquenda cum omni iure dominio et proprietate tenebit habebit et possidebit utrique quiete et pacifice ad extrema duntaxat vitae suae tempora uti fruatur. Post mortem vero et decessum eiusdem mariti extunc bona suprascripta morte eiusdem consortis derelinquenda ad successores suos sine quovis impedimento successorum mariti sui totaliter et plenarie devolvantur. His suis personalibus Recognitionibus desuper mediantibus.

Podziemsky Bobowskiemu cedit

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Paulus Podziemski sanus mente et corpore existens a Terris Dictibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesentique Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se eiusque successores ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro iure suo videlicet de summa Mille florenorum polonicalium ex summa originali Duorum Millium florenorum polonicalium sese Derivante sibi Recognita per Generosam Zophiam de Rychlice primi nupti Generosi olim Ludovici Podziemski praesentis vero secundi nupti Generosi Stanislai Bobowski Consortem legitimam coram Actis Castrensibus Novae Civitatis Korczynensis modo simplicis debiti ad solvendum inscriptam tum de ipsa inscriptione debitoria Castrensi Korczynensi quo ad summam praefatam Mille florenorum polonicalium sese referendum in se latius de praescripto exstante. Cum omni praemisso Iure dominio proprietate competentiaque et praerogativa